



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

2. Quotuplex sit jus patronatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

planè dirutam ac destructam reparat; licet ex eisdem lapidibus, & eadem materia, & altare intactum manefit; secùs, si non planè dirutam reparat. Tertiò, per dotationem, si congruam & sufficientem dotem Ecclesiæ quis affignet, vel ministris Ecclesiæ & luminibus necessaria constituat, *can. Nemo de conservat. Di-*  
*finit. 1.* Ut tamen ubique Episcopi accedat consensus, *d. cap. Nobis hoc sit.* & *ibid. DD. can. Pi-*  
*mentum, can. Filiis, can. Considerandum xv. q.*  
7. *Gatz p. 5 c. 9 n. 71.* quia non spectat ad laicos, imponere onus aliquod Ecclesiæ, *e. Ecclesia 10.*  
*sup. de constitutione.* Quamvis sufficiat ex post facto supervenire, Riccius *Decis. 143 n. 3.* & in dubio ex diuturnitate temporis interveniente prælumatur, *Gatz d. loco nro. 72. 73. & 74.* Alioquin Vicarius Episcopi absque speciali mando in reservationem hujus juris consentire non potest *Gatz d. loco num. 75.* Capitulum vero Se-de vacante potest.

Cæterum per fundationem vel extructio-nem acquiritur demum jus patronatus, quando extructa & dotata est sufficierter Ecclesia, sive ab ipso fundatore & constructore, sive ab alio: aque ita patet posse jus patronatus acquiri pluribus, *c. 1. 2. 3. &c. Cum quaestio 27 b. tit. etiam æqualiter, licet inæqualiter contrulerint, cap. Ad audiensem 3 inf. de Eccles. adificandu.*

4. Dixi, tribus potissimum modis acquiri jus patronatus: nam & alio modis acquiritur, veluti per immemoriam præscriptionem, utique contra Ecclesiam ab initio liberam, *cap. Querelam 24. sup. de oleo* & contra non libera-m, sed patronatam, seu potius contra ejus pa-tronum, *spatio 40. annorum, Covat ad. Possefor p. 1. § 10. De R. I. in 6. Fachin. lib. 8. Controvers. cap. 24.* Item per privilegium summi Pon-tificis, ob summam ejus in omnes Ecclesiæ & beneficia potestatem, *c. 2. De probanda in 6.* non eriam per privilegium inferiorum Antistitutum, vel Episcopi, *c. 2. de reb. Eccles. non alienandu in 6. latè Gatz. 5. p. 6. 9. n. 128.* Prædictis autem modis potest etiam fœmina acquirere jus pa-tronatus, *e. Ex litteris 7. b. tit. et fin sup concess. probandas:* non tamen Judæus, paganus, hereticus, quia jura tantum mentionem faciunt fidelium & Christianorum.

Porrò de acquisitione & probatione juris pa-tronatus, vide Cone. Trid. *Seff. 14. cap. 12. de*

*reformat & Seff. 24 c. 9. de reformat. & Piasce d. loco n. 21. & seqq.*

## §. II.

Quotuplex sit jus patronatus.

1. *Aliud est Ecclesiasticum, aliud Laicum.*
2. *Veraratio appellatio eius cuiusque.*
3. *Cur hoc jus laico competit.*

1. Et autem duplex ius patronatus, aliud Ec-  
clesiasticum, aliud Laicum: addunt aliqui Mixtum. Jus patronatus Ecclesiasticum vocant nonnulli, quod Ecclesiæ vel Clerico competit; Laicum, quod laico: Mixtum, quod patim Clerico, partim laico: ita ut à qualitate illud obtinetur dominetur, sive ab initio fuerit Ec-  
clesiasticum, sive laicum.

2. Sed verius est, Ecclesiasticum dici illud, quod competit ratione Ecclesiæ, licet originem habuerit ex patrimonio laici: sufficit enim postea quovis modo translatum esse in Ecclesiam, vel Capitulum, vel Monasterium, vel alii cu dignitati aut beneficio fuisse annexum, *e. unicob. i. in 6. latè Gatz 5 p. cap. 1 n. 553.*

Similiter Laicum, quod alicui sive laico sive Clerico competit ratione proprii patrimonii, non vero ratione Ecclesiæ, vel beneficii, *Gatz. d. c. 1. n. 592. ubi alios citat. Riccius Decis. 169.* Quod si non appareat, qua ratione competit, attenditur jus successionis: nam si per successio-nem defertur, presumitur laicum, quia ius Ecclesiastica jure successionis non defertur, nec datur, *c. 1. sup. de probandu.*

Conformiter mixtum dicitur, quod partim ratione patrimonii, partim ratione Ecclesiæ competit. 3. Tametsi autem de rigore iuriis laicus jus patronatus, de quo hic agimus, habe-re non possit, cum sit spirituale, seu potius jus temporale spiritualia annexum, *e. De jure 16. hoc tit. Quam sup. de judicis antecedenter scilicet, quia ordinatur ad præsentandum Clericum ad beneficium, ut in eo inquitur) & laicus spi-tualia tractare nequeat, e. Decernimus sup. de ju-dicis, cap. Canissam sup. De praescript. tamen ex benignitate quadam à sacris Canonicis conceditur illi hoc ius, remunerationis cuiusdam cau-  
sa, ut hac ratione magis provocentur laici*

ad fundandas, extruendas & dotan-das Ecclesiæ,

§. III. Ia